



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

14. De Sacrificio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Secl. I. De Præcepto I. Recept. Sentent. 10

personæ adorare vřimentum. Quemadmodum si Regem in speculo effulgentem videas, eique ibi reuerentiam exhibeas, vno moto & Regem colis & speciem, aut imaginem Regis, ipsum quidem Regem principaliter, imaginem verò concomitanter & per accidens. Halens. p. 3. q. 30. memb. 3. art. 3. §. 1. Suar. 3. p. tom. 1. d. 54. scđ. 4. assert. 1. Sylui. 3. p. quæst. 25. d. 3. quæst. 5. ex D. Tho. ibi a. 3. & 4.

149
Reliquiarum
adoratio.

De Fide est, reliquias absolute esse adorandas, & denotē custodiendas, vt decernitur in Concilio Carthag. Brachar. & Trident. quando publicē exponuntur colenda, & sūmus Pontifex, aut Episcopus debitam diligentiam adhibuit, ad inquirendum, num vere sint reliquie Diui Canonizati, illasque approbavit: vel per traditionem, seu diuturnum Ecclesiæ vřum pro approbatis habentur. Vnde reliquiis eadem adoratio tribui potest, quæ personæ, cuius reliquie sunt, tribuitur, & quamvis propter se adorari, ac coli nequeant, cum sint irrationales: possunt tamen coli adorationē respectiua propter excellentiam, & sanctitatem personæ, cuius sunt reliquie. Nomine verò reliquiarum intelligo quidquid ex sanctorum ex hac vita decedentium reliquum mansit, siue sint ipsa corpora, siue carnes, ossa, dentes, capilli vngues, cineres, & pulueres, in quæ conuersa fuerē cadavera. Item vestes, & varia vřensilia quibus superstitēs vři fuerē, vel lintheamina, quæ corpora fuerē inuoluta. Verum ad reliquias priuatim venerandas sufficit priuatum testimonium vnius personæ fide dignæ aut alia probabilis ratio, seu coniectura, quæ sufficienter moueamur ad prudenter indicandum veras reliquias esse. Quia in adoratione, seu cultu priuato minus subest periculum, etsi interdum materialis contingat error, dummodo bona fide agatur. Posita enim probabilitate huiusmodi, licet hæcæ reliquias absolute adorare, nam adest moralis certitudo quæ sufficit ad prudenter operandum absque formalis erroris periculo: & quamvis fieri possit vt materialiter erretur, si contingat, veras non esse sancti reliquias: nullum tamen peccatum incurritur. Quia adorans bona fide procedit. Bellarm. l. 2. de relig. c. 1. Sanch. l. 2. sum. c. 43. n. 1. Laym. l. 4. tr. 7. c. 5. n. 5. & 16. Azor. 10. l. 1. c. 8. q. 2. Suar. in 3. p. to 1. d. 55. Valent. 2. 2. d. 6. q. 11. pun. 5. & 6. Mann. 10. 3. qq. Regul. q. 55. art. 1. Bonac. tom. 2. d. 3. q. 1. pun. 4.

150
Licitum est
crucem reli-
quias non ap-
probatis orna-
tam in altari
adorandam
proponere.

Licitum est Crucem variis reliquiis non approbatis ornatam in altari collocare, & populo adorandam proponere. Quia sic vřus obtinuit, & quia cum Crux in altari collocatur, non reliquie, sed Crux adoranda exponitur: quod verò vnus vel alius reliquias adoret, id est per accidens, & ad priuatum, non ad publicum pertinet cultum. Palau. tom. 2. tract. 8. dist. 1. pun. 6. num. 11. Sanch. l. 2. sum. cap. 43. numer. 17.

151
Cum reliquie
ab vřa ad
altam Dico-
cesim transfe-
runtur, quæ
debeat Episcopus
veritatem exami-
nare, ad eam
autem pertinet
periculum facere,
num sint hæc reliquie,
quæ in li-
teris Apostolicis
aut testimonio Episcopi con-

Demum quando reliquie sunt legitime approbate vel Bulla Apostolica vel Episcopi Diocesis à qua in altam transferuntur testimonio: non esse Episcopi Diocesis eas recipientis eam vřum veritatem examinare, quæ iam legitime est comprobata, ad eam autem pertinet, periculum facere, num sint hæc reliquie, quæ in literis Apostolicis aut testimonio Episcopi con-

tinentur, vt licentiam impertiat, eas in sua Diocesi publice collocandi. Bonac. tom. 2. d. 3. de ador. q. 1. pun. 4. n. 6.



CAPVT XIV.

De Sacrificio.



151
SACRIFICIUM proprie est actio, quæ res aliqua sensibilis, per sui mutationem a legitimo ministro offertur Deo in recognitionem eius supremi dominij, & nostre subiectionis. Primò, dicitur Actio, quia omne Sacrificium est oblatio, quæ supremum dominium, & nostram subiectionem testatur: Sed non qualibet oblatio est Sacrificium, sed illa, quæ in re oblata sensibili mutationem patitur. Tum quia Sacrificare, est verbum Græcum idem significans quod mactare, ac perimere. Tum quia hac ratione perfectius suprema potestas significatur, & exactius testatur Deum vitæ, & mortis esse dominum. Tum quia apud Ethnicos omnia sacrificia aliquam recipiebant mutationem. Tum & præcipue, quia in lege naturæ & scripta nulla absque mutatione aderant sacrificia. Nam si viuientia sacrificabantur, vt animalia, id fiebat per occisionem. Si inanimata vt carnes occisorum, thus, sal, & farina munda per combustionem: alia, vt sanguis, vinum, per effusionem. Secundo, debet esse oblatio à legitimo ministro facta, id est à sacerdote: non enim quilibet potest dignitatem sacerdotalem vsurpare. Quia non est cuiuslibet commissæ potestas sacrificandi: nam cum sacrificium sit cultus externus, & publicus quod præcipue Deus colitur, & honoratur debet à ministro publico fieri: alia sacrificij rationem non habebit. Tempore legis naturæ ministri publici, & sacerdotes erant omnes primogeniti, vt multis probat Paterius 10. 1. in Gen. c. ult. Item quilibet pater familias authoritatem quasi Regiam habebat, & ideo sacerdotalem. Lessi. l. 2. c. 18. dub. 2. n. 12. Deum speciali Dei instituto multi compulsi sunt ad sacrificandum, & consequenter sacerdotes fuere constituti, vt Abel, Noë, Iob, Melchisedech, Isaias, Iacob, & alij. Tertio debet fieri Deo talis oblatio. Quia soli vero Deo hic cultus debetur: testatur, inquam, illo Deum esse omnium Dominum, à quo omnia producantur, pendent, & conseruantur: quod alteri, quam Deo haud potest conuenire. Quarto debet fieri in supremi dominij, & nostre ad ipsum subiectionis recognitionem. Quia hic est præcipuus finis, ob quem sacrificia fiunt. Et quia Sacrificium, quod vocabatur Holocaustum in quo res oblata igne absumebatur. hunc specialiter testabatur finem: ideo holocaustum in lege veteri præcipuum erat Sacrificiū. Alia præterea erant sacrificia pro expiatione peccatorum instituta, pro gratiis beneficij accepti gerendis, pro aliis de nouo impetrandis, quibus Sacrificantes implicite saltem testabantur supremum Dei dominium si quidem eo ipso indicabant, solum Deum remittere peccata posse, ac beneficia conferre. D. Th. 2. 2. q. 93. a. 1. Azor. p. 1. l. 9. c. 10. q. 15. & l. 10. c. 17. q. 8. Valent. 2. 1. d. 6. q. 4. pun. 2.

Quia sacrificium, & quæ eius conditio-
nes


34 R
10 r
IV
V

153
Iure natura
Sacrificium
Deo debetur.

Ex his infero, Sacrificium iure naturæ debitum esse Deo. Quia ei est debitum, ut creatura rationales, corporalis, visibilis testetur dependentiam, quam à suo Creatore habet: & consequenter eius supremam maiestatem, ac dominium. Quo autem Sacrificio hoc fieri debeat, non est à natura inditum, sed Deus suo speciali instinctu, vel mandato designat. In lege naturæ Sacrificia instituit speciali impulsu, & instinctu: in lege veteri, & noua speciali mandato. D. Tho. communiter receptus 22. q. 86. a. 4.

154
In lege natura
& veteri
multiplex
Sacrificium:
in lege noua
vniuersum est,
Eucharistia.

Sacrificium tam in lege naturæ quam veteri multiplex erat. Gen. 4. & 14. leuit. 1. & c. At aduentante lege Gratiæ, & instituto diuinitus, mo Eucharistiæ Sacrificio, omnia illa antiqua cessarunt. Quia illius umbra erant, & figura. Hebr. 7. Trident. sess. 12. c. 2. & docent omnes Catholici. Præter hoc ineffabile Sacrificium nullum aliud in lege noua inuenitur. Continet enim virtutem infinitam ad placandum Deum pro peccatis, ad impetrandum beneficia, ad gratias pro beneficiis acceptis gerendas, ad Deum summè laudandum: ergo superuacuum erat, alia Sacrificia instituire. Neque obstat, thus offerri, & adoleri in altari in significationem supremi dominij, & excellentiæ, nostræque ad Deum feruitutis, ut affirmemus, veram habere Sacrificij rationem. Non enim illam habere potest, dum à Deo pro re Sacrificanda non instituitur, & à Sacerdote electo & designato ad id munus, non offertur. Certe thuris oblatio in altari non pro Sacrificio, sed pro Sacrificij ornato, & ad excitandam fidelium deuotionem, est ab Ecclesia instituta: neque Sacerdotes Evangelici sunt constituti Sacerdotes per ordinem ad thuris oblationem, sed solum per respectum ad Missæ Sacrificium. Doctores communiter.



CAPVT XV.

De vitis virtuti Religionis oppositis,
ac primum de Superstitione.

155
Superstitionis
nomen &
quid sit.

NOMEN superstitionis ductum est vel à vitio illorū, qui olim apud Ethnicos nimij erant in precādis diis ut sui filij sibi essent superstites: vel quod abiectis diis antiquioribus, suorum maiorum memoriam colerent: vel quod homines nimis timerent Deos supernè impendentes, & quasi superstantes. Generatim autē hic sumpta, est falsa religio, seu vitiosus cultus veri, vel falsi Numinis: & iuxta D. Thomam 2. 2. q. 9. 2. est vitium Religionis oppositum secundum excessum, non quia plus exhibeat in cultum diuinum, quam vera Religio: sed quia exhibet cultum diuinum cuius debet, vel eo modo quo nō debet. Lessi. l. 2. c. 43. n. 1. Syluest. v. superstitiū. Bonac. 10. 2. d. 3. p. 5. p. m. 1.


156
Dua superstitionis
species.

Diuiditur superstitiō in duas species, quæ sunt, superstitiō cultus indebiti seu incongrui & superstitiō ratione rei cultæ: illa est cultus peruersus veri Numinis, hæc est cultus falsi. Tam superstitiō ex parte cultus indebiti, quam ex parte rei cultæ subdiuiditur in aliquas species. Superstitiō cultus indebiti diuiditur in superstitionem cultus falsi vel perniciosi, & in su-

perstitionem cultus superflui. Cultus falsus est, & dicitur ratione falsæ significationis, ut si quis Deum colere vellet ceremoniis Iudaicis. Cultus superfluous est, cum præter Ecclesiæ morem ponitur religio in aliquibus circumstantiis, aut rebus, in quibus non est ponenda, ut in numero, colore, situ & c. Idem dicendum est, quando ceremoniæ ab Ecclesia præscriptæ variantur. Tolet. l. 4. c. 14. Suar. 10. 2. de Relig. l. 2. c. 2. Sym. l. 4. tr. 10. c. 1. Sanch. l. 1. sum. c. 37. Nauar. sum. c. 11. n. 24. Lessi. l. 2. c. 43. n. 5.

Superstitiō ratione rei cultæ diuiditur in tres alias species, Idololatriam, Diuinationem, & Vanam Observantiam. Vel enim colitur Diabolus ita ut honoretur tanquam Numen, & hæc tres diuinitas est Idololatriæ species: vel ut occultum aliquid quod reuelat, & sic est Diuinatio: vel ut dirigat in operando, & sic est vana Observantia, & superstitiōsa. His verò speciebus possunt adijci alie duæ: vna Magiæ, quæ licet referri possit ad vanam obseruantiam, tamen tanquam aliquid deterius potens quartam speciem constituere. Altera Maleficii, quod est vis ac potestas nocendi alijs, idēque est etiam species quædam Magiæ deterior. Tolet. l. 4. c. 14. n. 5. Lessi. l. 2. c. 43. n. 6. Filliuc. tr. 8. 4. c. 1. n. 4.

Superstitiō illa, quæ dicitur cultus falsus, quando quis diuino officio admiscet turpia, tanquā diuini officij partē, aut quando Fidē falsis miraculis confirmare cōtendunt: quādo falsæ miracula prædicantur formam aut materiam Sacramentorum mutat sic est mortale peccatum ex suo genere. Quia grauem infert in Deum irreuerentiam. Illa vero superstitiō, quæ dicitur cultus superfluous, non est mortale, sed veniale piaculum, nisi ex contemptu fiat. Valent. 2. 1. d. 6. q. 9. & 10. Lessi. l. 2. c. 43. n. 4. Nauar. c. 11. n. 4. Tolet. l. 4. c. 14. n. 5. Suar. de Relig. l. 2. c. 2. n. 3.



CAPVT XVI.

De Idololatria.

IDOLOLATRIÆ nomine significatur omnis falsorum deorum cultus, ut Idololatria, demonum, solis, lunæ, siderum, hominum, & similibus. Vnde omnis cultus quo creatura instar Dei colitur, idololatria dicitur, & quædam ab idolo nuncupatur, quod est aliquid falsi numinis effigies ad differentiam imaginis Dei, Angelorum, & Sanctorum, quæ nunquam idolum appellatur. Idololatria dupliciter accipitur. Primo speciatim & propriè pro cultu, quo creatura colitur loco Dei hoc autē fit nō solum Sacrificio, quod per se soli Deo debetur: sed etiam quouis alio signo honoris, quo alij excellentiam aliquam Deo propriam tribuimus. Secundo generatim & metaphoricè pro omni peccato, quo quis mortiferè creaturæ inhaeret. Quia id propter quod homo à Deo recedit ut ei adhæreat, censetur plius quam Deum facere, ac subinde illud Dei loco habere, & ita est illi instar idoli. D. Tho. 2. 2. q. 94. a. 1. Azor. 10. 1. l. 9. c. 11. Lessi. l. 2. c. 43. d. b. 2. Bonac. 10. 2. d. d. 3. q. 5. p. m. 2. Laym. l. 4. tr. 10. c. 2.

Ad Idololatriæ actum tres actus debent concurrere.